



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CCXXXI. Die Markgrafen von Brandenburg, Otto und Konrad verleihen dem
Kloster Althaldensleben auf Bitten der Söhne Gebhards von Grunenberg,
einige Besitzungen in Glüsing, am 19. Dezember 1284.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

kedinc, Jace de Gutzekow, Godescalcus de porfvelde, Anno de Esbeke. Nomina ciuitatum sunt hec, que promiserunt: Stetin, penkvn, Gripenhagen et Gardiz. Vt autem omnia prelibata inuolabiliter obseruentur et maneant firmiora, presentes litteras prefati nobiles dominus Buguzlaus, dux Stetinensis, et dominus Wizlaus de ruya in evidens testimonium conscribi fecerunt ac eas sigillorum suorum et ciuitatum predictarum munimine roborari. Acta sunt hec apud rotas, anno domini M^o. CC^o. LXXXIII^o. Datum per manum domini helmerici, capellani principis ruyanorum, in die ypoliti martiris sancti.

Nach dem Original des R. Ges. Kabinet-Archives 468, B. Abdruck nach demselben Original in den Balt. Studien II, 128 ff. mit mehreren Fesseln, z. B. gleich zu Anfang Inter illustres principes duces Ottonem et Conradum marchiones Br. und gegen das Ende der Urkunde statt fratres de Griefenberch: fratres de Wedele, statt Ecstede: Gostede, mostecke: molteke, Grufehauere: Brufehauere.

CCXXXI. Die Markgrafen von Brandenburg, Otto und Konrad verleihen dem Kloster Althaldensleben auf Bitten der Söhne Gebhards von Grunenberg, einige Besitzungen in Glüsingen, am 19. Dezember 1284.

— Otto et Conradus, dei gratia Marchiones de Brandenburg — notum facimus, quod ad instanciam Johannis et Theodorici fratrum, filiorum quondam Geuehardi dicti de Grunenberch nobilium, proprietatem quatuor mansorum in Glüsinghe cum areis et aliis pertinenciis donauimus et tradidimus cenobio dominarum in antiquo haldesleue perpetuo possidendam. — Datum anno domini M^o CC^o LXXX quinto, XIII. kal. Januarii.

Nach einer Mittheilung des Pastor Behrends in Nordgermersleben in L. v. Ledebur's Neuem Archiv II, 165.

CCXXXII. Markgraf Albrecht von Brandenburg vereignet dem St. Johanner-Orden zur Comthurei Mirow das Dorf Gnewetitz, am 13. März 1285.

Albertus, Dei gratia Marchio Brandenburgensis, vniuersis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in Domino sempiternam. Ad omnem boni operis consummationem adeo nobis expedit intendere vigilanter, ut dum districtus iudex in die nouissimo cunctorum examinare venerit acciones, non forminanda sint nobis gehenne supplicia pro delictis, sed quomodo eterne beatitudinis premia possimus pro bonis operibus adipisci. Hinc est, quod notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod nos proprietatem ville, que Gnewetitz dicitur, damus liberaliter seu donamus commendatori et fratribus sancte domus hospitalis Jerosolymitani Beati Johannis Baptiste et eorum ordini pro remedio anime nostre et nostrorum progenitorum libere possidendam. Excepimus seu eximimus predictam ab omni exactione seu petitione, angaria, perangaria, construccione urbium, pontium